
R. GOSCINNY Asterix A. UDERZO
Asterix
LEGIONARIUS
composuit
RENE GOSCINNY
pinxit
ALBERT UDERZO
RUBRICASTELLANUS
STVTGARDIAE SUMPTIBUS EHAPAE



# QUIDAM GALLORUM...

ASTERIX heros noster est, qui subiit haec pericula. Ei viro bellicoso humili statura ingenioque callido omnia periculosa mandata sine ulla dubitatione committuntur. Vim plus quam humanam ex potione magica Panoramigis Druidae trahit...





OBELIX inseparabilis Asterigis amicus est. Munus eius est ingentes cippos comportare, valde amat carnem aprorum. Obelix semper paratus est omnia ex manibus demittere, ut Asterigem ad novum periculum subeundum sequatur, dummodo apri et acerrimae rixae appareant.

PANORAMIX, venerabilis vici Druida, visca secat potionesque magicas miscet. Imprimis potio quaedam, quae vires incredibiles tribuit, popularissima est atque gratissima vicanis. At Panoramigi etiam aliorum potuum praecepta sunt...





MAIESTIX postremo princeps civitatis est. Augustus, fortissimus, suspiciosus homo rei militaris peritissimus a suis colitur, timetur autem ab hostibus. Maiestix nihil timet nisi hoc unum: ne caelum in caput cadat. At ut ipse dicit: „Nondum omnium dierum sol occidit."

CANTORIX bardus est. Iudicia de eius indole diversa sunt: ipse se ingeniosum iudicat, omnes ceteri cantus eius incredibiles esse sentiunt. At cum nihil dicit, sodalis hilaris atque alacer est, ab omnibus magni aestimatus...


viculus quidam Gallorum nobis bene notus gratia solis non minus quam pacis fruitur...
carpamus hunc diem apricum apros venando, Obelix!
ita! venemur, Asterix!
bau!
VUM!
CRAAACC!
?!?
eii!
quid hoc sibi vult? te arbores caedere iuvat, dum ego visca secaturus sum?!
ehem... parum diligenter haec silva colitur, quam copia arborum non videam.
age! tandem eamus venatum!
!?!
ULUULUUL!


postea...
nonne prospere venati sumus, Obelix?
quid?
apris sine mora consumptis paululum requiescemus!
heus, Obelix! fac apros apportes!
quid? quos apros?
nunc reminiscor: apros!
GRRRRRR!
paulo post...
ah! optime sapiit!...
2A
age, Obelix! fac comedas tuum tertium aprum, ut paulum somni capiamus.
tertium repudio, quia fame non premor.
*gemitus altus*
laborasne aliquo morbo, Obelix?
nullo! nullo morbo!
*altior gemitus*
altissimus gemitus
veni celerrime, Panoramix, noster Druida, celerrime veni! inquietus sum: Obelix tertium aprum repudiat, quia fame non prematur!
et antea nihil edit?
duo quidem apros!
nihil igitur edisse videtur. inspiciendus est!
2B


prosternit arbores, aprum duoque Romanos repudiat, nil iam edit...
salve, o Panoramix, Druida noster!
salve!
ecce! cum de apro loquimur!...
!?
quo vadis, Obelix?
TIC!
quid?... at... cippos meos traditurus sum.
cipposne tuos?... at ne unum quidem cippum portaturus es!
revera!... verum dicis!... certum scio me domo exeuntem cippos portavisse!
34
Falbala! paucis te volo!
quid est, o Druida noster?
tibine noti sunt Asterix Obelixque?
Falbala! tu certe es filia Aquaplanigis, quae litteris studendi causa Condatem profecta est... paene te noniam recognovi!
duo annos ibi versata sum... parva puella hinc discessi crines tali modo compositos gestans.
hodie: Rennes
reminiscerisne Obeligis?
certe reminiscor! is est, qui natus infans in potionem magicam incidit. Quomodo vales, Obelix?
vrcstrrg!!
ecce Idefix!
dulcissimus est!
GRRR!
valete!
35


te Falbalae aliquid dono daturum oportet, cum salutationem facies.
ita habebis, quod cum ea colloquaris!
bonum consilium, optimum consilium est. dictum factum: donum comparabo!
multarum rerum peritus es, Asterix!
hehe!
ecce donum!
!?!
Num tale ei dono dare vis?
cur autem non? est quidem optimus omnium, quos habeo, cipporum.
at non est donum puellae aptum!
quidnam aliud? megalithumne vel aprum?
immo nihil eiusmodi! te aliquid delicatum atque dulce dono daturum oportet... velut... flores! carpe in silva fasciculum florum. hoc placebit!
optime consulis! iam carpturus sum!
sed ne iterum arbores prostraveris!
pah!
hoc ipso tempore manus Romanorum silvam pervagatur — cautissime per Iovem...
unum hoc cavendum est: ne in Gallorum manus incidamus!


locum prope quercum magnam novi, quo permulti flores caerulei exstent! delicati atque dulces!
venit aliquis per Mercurium! fortasse Galli sunt. cavendum est, ne deprehendamur!
eamus ad illam quercum magnam!
sed... sed eos huc venire credo!
eho... quomodo vales?
nonne vos pudet flores meos caeruleos proculcare?
veniam a te petimus; nescivimus esse interdictum flores proculc...
TAX!
et hominibus rudibus fugatis...
aegre fero, quod vos Romani neque delicati neque dulces estis...
...quodque egomet ita timidus sum!
SNIF!
audivistisne, quae ille dinosaurus dixerit?
audivi! plane delirant isti Galli!



vere pulcher est fasciculus tuus! dulcissimus!
an in cassidem imponam? nonne speciem dulciorem praebebit?
ne imposueris! fac cassidibus depositis fasciculum Falbalae afferas!
at non audeo. ve... venisne mecum?
si vis!
tune quoque mecum venis, Idefix?
phh!
tu quidem fasciculum trades, cum ego discedam...
hic remanebis!
Falbala!
tacedum! nos audire potest!
praesto sum, Asterix!
Obelix, amicus meus, donum tibi tradere vult, Falbala.
mihine?
ita! tibi!
fac flores tradas!
BOM! BOM! BOM!
oh! pulcherrimi sunt illi flores!
assidite paulisper!
dic aliquid!
vrgstrrg!
e... ego... ego nunc discedam!



litteras tibi affero, Falbala!
ah! Claudius Thomasius, cursor publicus!
conceditisne, ut statim litteras perlegam?
nimirum concedimus!
vae! per Belisamam!
quid factum est? aliquid mali?
lege!
MIHI TANTUM TEMPORIS RESTAT, UT TIBI HAEC PAUCA INCIDAM: ROMANI ME VI IN LEGIONEM COEGERUNT. IN AFRICAM PROFICISCEMUR. VALE! TRAGICOMIX
quis est ille Tragicomix, Falbala?
nos Condati in urbe cognovimus. sponsus meus est. me in matrimonium ducere voluit.
8A
desine flere, Falbala. Tragicomigem tuum tibi adducemus, nonne Asterix?
dictum factum! sponsum tuum afferemus, etsi nobis in Africam proficiscendum erit. veni mecum ad Maiestigem, principem nostrum, Obelix.
magnanimitatem tuam valde admiror, Obelix. continentia tua te decet. cum Falbalam sponsam esse cognovisses, tamen non...
8B
ULULUL!
omnium miserrimus sum!


snif!
res mira est, o Maiestix! cur Romani raptim milites conscribunt?
Caesar in Africa difficultates habet, ubi contra cives suos, qui Pompeio favent, pugnat.
phh!
secundum novissimos nuntios Ruspinae* obsidetur. subsidio ei opus est. conquisitores milites voluntarios quaerunt, quos, si militiam detractant, vi in legionem cogunt.
*hodie Monastir in Tunesia
statim Condatem proficiscamur, ubi Tragicomigem adulescentem efferre conabimur, antequam in Africam abstrahetur.
hoc ipsum, mi amici, a vobis atque vestra tanta fortitudine exspectavi, quia sponsus Falbalae...
ULULULUL!
omnia celerrime praeparata sunt...
haec est tua potio magica, Asterix!
gratias tibi ago, o Panoramix, Druida noster!
snif!
...et tempus valedicendi adest...
quomodo vobis gratiam referam?
gratiam refer, cum Tragicomigem rettulerimus. quod fiet, nisi caelum in caput nostrum incidet!
probum te gere, Idefix. brevi redibo!
Idefigem tibi commendo, Falbala!
diligentissime ei prospiciam, Obelix... tam dulcis est!
Grrrr!
SMAC!



ergo non canam?
ita est! non canes!
post iter breve atque non turbatum...
praetorium legionis Romanorum nobis inveniendum est. simulatque aliquem legionarium viderimus, interrogabimus!
CONDATE
eodem tempore prope ab hoc loco in viis Condatis...
heus tu! cur praesidium non salutas?
ave!
ave!
nunc quidem venia datur, sed memoria tene: praesidium semper salutandum est!
ecce praesidium. moremur atque...
fiet!
morare, Obelix!
post punctum temporis...
sed eos morari satis erat!
morantur, ut vides!
nonnumquam urbanitate opus est!
quaeso a te, ut mihi sis benigne explicare velis, ubi praetorium sit!
tertia via a sinistra, sed desine sis benigne me mulcare!
urbanitate omnia assequeris, Obelix!
ave!


ecce praetorium legionis Romanae. mane hic, quia tibi non confido. semper urbanitate opus est.
transire non licet. si vis conscribi, vir Gallice, post ordinem tibi consistendum est ut aliis!
quaeso a te, ut mihi sis benigne explanare velis...
consiste post ordinem, ut iam tibi dixeram!
sed mihi tempus deest.
mea non interest!
enervat me! revera enervat me! per Teutatem!
TAX!
nunc modum transiit...
attat!... quomodo urbanitas eius a mea differatur, non intellego.
VAM!
ubi est ministerium informationis?
nescio, ubi sit. interroga ministros informationis, qui te informabunt.


INFORMATIONES
ah! hic est, quod quaeram!
quaeso a te, ut mihi sis benigne explicare velis, num legionarius nomine Tragicomix conscriptus sit.
desine tundere, Processe, quia nil audire possum.
VAP! VAP! VAP!
haec tibi ministerium conscribendi explicabit, quod reperies post quartam portam a sinistra!
in ministerio conscribendi...
TABULA CONSCRIPTORUM
mihi in manu sunt quattuor reginae.
haec tibi lavandaria explicabit, Galle!
vap! lavatrices vap! Lusitaniae vap!...
LAVANDARIA
haec tibi ministerium informationis explicabit! per Iovem!
INFORMATIONES
nunciam satis est!
VAM!
fac mihi explices, ubi sit Tragicomix!
VAP! VAP! VAP!
TAX! TAX! TAX! TAX! TAX!
desine tundere, Galle, quia nil audire possum!
TAX! TAX! TAX!


multiplicaturus sum tabulas voluntariorum, quae omnibus ministeriis permittantur. duodena exemplaria postulantur. cuius quaeris nomen?
Tragicomigis.
litterane „T" sculptum ut illud „Timeo Danaos et dona ferentes"?
ah... hic est! Tragicomix paulo ante cum copiis nostris profectus hoc ipso tempore Massiliae navem, ut suspicor, conscensurus est, quae Caesari subsidia in Africam transvehat.
INFORM
in Africam igitur...
sequere me, Obelix!
mene vocasti, Asterix?
revera vocavi!
13A
iam sequor!
paene oblitus sum: urbanitate opus est!
TAX
?!!
Tragicomix hoc ipso tempore navem in Africam conscensurus est. quem reperire non possumus, nisi ultro profiteamur!
nisi... profiteamur!? ...fiat quidem, si nos hoc modo Falbalae usui futuros credis!
paulo post...
eiii! scire velim, quid illi ambo me voluerint!
13B


ecce, nostri voluntarii! intrate, quaeso, iuvenes! nobis omnibus exspectati venitis!
sed nunc quidem nulla urbanitate usi sumus, Asterix,
tempus urbanitatis veniet, Asterix, tempus veniet!
agite, amicissimi! nomina date vestra huic legionario, ut conscribamini!
14A
DAKTYLOS, GRAECUS SUM, PER IOVEM!
Redimix, ego Britannus esse, annon?
Musculix vocor, Belga sum.
Frederic, Gothus!
Allegoric, etiam Gothus!
interpres!
Frederic et Allegoric, Gothi.
quaerit, num hoc deversorium sit.
hac opinione confirmata nomen eius inquirendo reperi, ut conscribi possit.
Campusteniludiis.
TOC! TOC! TOC!
Asterix Obelixque, Galli.
ita est!
TOC! TOC! TOC!
silentium! desinite ridere! nunc estis conscripti!
14B


ordinem constituite! et quidem celerrime!
licetne urbanitate uti, Asterix?
nondum licet, Obelix!
silentium!
quidnam dixit?
dixit se conclave cupere, unde viam videre possit.
dic mihi: quamdiu eiusmodi nugas dicimus? nobis enim tempus non est.
quid? tam diu mihi dicere placet, puerule...
silentium!
quid eſt?
Aegyptius conclave cupit, unde viam videre poſſit.
licetne conclave eligere?
quiescam... totus quiescam!
sequimini me. nunc ad medicum militarem adducimini, qui destinet, num satis bona valetudine sitis ad militiam faciendam. consistite quaeso ordinatim!
laevo, dextro! laevo, dextro! laevo,...
heus, centurio! Aegyptius dixit nil interesse, utrum laevum an dextrum conclave accipiat, si modo viam videre possit.
ubi... ubi constiti?
„laevo" clamasti!
ita! et nunc tibi „dextro" clamandum esse credo.
25A
25B



ecce novos legionarios!
bene! impera, ut vestes ponant.
vestes exuite!
veſtes exuite!
me nimis gracilem putat, quam ut legionarius fiam.
minoris me ponderis eſſe dicit.
MEDICUS
Aegyptius mores deversoriorum Gallicorum miros iudicat. dixit...
mea non interest! aptus est ad militiam Caesare duce capessendam. movete vos omnes!
accipite nunc vestes militares!
immo nescis, quid velis!
delirant isti Romani!
quid dixit ille Gallus?
dixit centurionem nescire, quid velit.
quis tibi, ut converteres, imperavit?
quid centurio dixit?
quid Gothus dixit?
egon' convertere pergam?
GNGNGNGNGNGNGN
animum attende! non hic sumus, ut delectemur. dic tandem, quo nobis eundum sit. severiore disciplina utendum est!



ibi vestitum militarem accipietis!
exstant vestitus trium spatiorum: parvi, medii, magni. dicite spatium vestrum.
parvum!
ecce hic!
medium!
?!!
desine ineptire, Obelix!
quidnam vis? hoc est spatium meum, ut vides!
GNGNGNGN!
quid hoc denuo sibi vult?
VAM!
BOING!
huncne vestitum medii spatii esse pro certo habes?
nescio, num medii spatii sit, sed hoc vestitu indutus in conspectum centurionis venire non potes!
GRR
quid dixit centurio?
dixit
Grr
quid ei dixisti?
GRR
cum eiusmodi nugas narraturi simus, audite haec: novistisne fabulam de illo Druida, cui psittacus erat surdus mutusque...


BONG! BONG! BONG!
descendite nunciam in aulam exercendi causa!
MANETE PAULULUM! NE UNUM QUIDEM VERBUM ADHUC DE STIPENDIO DICTUM EST!
?!!
sex asses in singulos dies.
NUM ME LUDIBRIO HABES, PER MERCURIUM?
quo loco te esse credis?
QUO SIM LOCO SCIO; SED SCIRE SALTEM VELIM, NUM OPERAE SIT PRETIUM!
iam tibi dixi: sex asses!
OCTO!
pretium quinque assium pro huius modi deversorio maximum esse dixit.
?!
quantae librae pondo sunt quinque asses?
libras pondo esse credo...
quousque tandem verba facite? utrum nos ducere vis ad locum exercendi, an nos accusatum ire mavis, per Teutatem?
paulo post...
permultum temporis trivisti, Milesgloriose! suntne isti nostri novi legionarii?
centurio noster miram quidem speciem praebet.
ULULUL!
visne scire, quam speciem ille mihi praebeat? amantis!


te... te in taberna centurionum exspecto...
audite, barbarorum grex!... exercitor vester sum, cuius munus est vos bonos legionarios reddere...
bene! sed festina reddere, quia nobis non multum temporis est!
quid?
silentium! state immobiles! enervate me, per Iovem!
paulo tardius clama, ut translatio orationi tuae par sit!
tacedum!
TARATANTARA!
et quod ad te, homo inhumane...
sst, quaeso! nonne sentis te tubicinem miserum enervare?
TARATANTARA!
TARATANTARA!
ad ius canitur!
bene contingit! fame premor!
AD IUS?
ad ius!
in taberna centurionum...
ecce, Pulchelle! domuistine iam advenas?
EIIII!
estne captus amore?
19


Aegyptius indicem mensarum videre cupit.
dic mihi: etiamne apros hic apponi credis?
exspectandum non est. quo melior exercitus, eo peior mensa. quod animos militum concitat.
VLAP!
VLAP!
GLUT!
exercitus Romanorum omnium opinione melior est.
Aegyptius statim cum procuratore peni loqui vult!
TALI CONDICIONE PROPOSITA NON MANEBO, NISI DUODECIM SALTEM ASSES OFFERUNTUR.
haec mensa Gothis proponatur!
quidam et noſtris minoribus et cauſis discerpti ſunt.
BANG!
dic mihi serio: quid hoc rei est?
hic cibus vobis legionariis cottidie apponitur: constat ex frumento, lardo, caseo, quae omnia concoquuntur, ne tempus teratur.
quid si coquum adeamus, Asterix?
GLUT! GLUT!
hoc ipsum tibi proponere volui!
ius optime sapere, excellentissime, nonne?


heus, tune mensam praeparas?
?
quidnam hic me vultis, per Vestam?
me cum eo loqui sine, Asterix!
sapit non bene, quod coquis!
hohoho!
praeferitisne aliquid delicatioris saporis?
ita est! praeferimus apros!
et quidem satis magnam copiam! nobis enim optima corporis firmitate opus est!
et quid ad dulcia? etiam dulcia cupitis?
quid tu sentis, Obelix? etiamne dulcia cupimus?
ita! ita!
abite in malam rem aut in carcerem!
licetne urbanitate uti, Asterix?
licet quidem, Obelix!
TAX!
da veniam, quaeso!
VLOP!
et nunc animum attende, Romane! quotiescumque cena contenti non erimus, te adibimus. sequere me, Obelix!
absuntne?
absunt!
bene! statim emptum ite apros, praeterea farinam, ova, saccharon fructusque candisatos. sed prius ignem sub aeneo exstinguite!


animos attendite! estis primae legionis, tertiae cohortis, secundi manipuli, primae centuriae. quae omnia vobis dicenda sunt, si coram superioribus nomine vos nominetis!
delirat iste coquus!
cibumne hodie libenter sumpsisti?
revera libenter!
heus tu, homuncule! nomine te nomina!
hmmm?
Asterix, Gallus!
atque ego Obelix vocor. alii sodales sunt. qui autem tu vocaris?
Pulchellus, magister exercendi, primae legionis, tertiae cohor...
gngnstateimmobilesordinemque servategngn... quam celerrime!
nunc pilo exercemini. illam rem, quam in extrema aula videtis, tangere conamini. – Obelix legionarius incipiat!
sit ita!
SSOCC!
CULINA
age, age! aliquid temporis mihi detur ad apros praeparandos!


em... nunc gladiis vel ferris exerceamur...
...quae quidem arma lignea sunt!
?!
age! fac te defendas!
at ligneum est, ut dixisti!
fac oboedias, Obelix, ne tempus teramus!
attat! bene!
delirant isti Romani!
TJAX!
nunciam satis est! si hoc continuatur, non modo cena sero praeparata erit, sed etiam mirum quendam saporem accipiet!
23A
hoc ipso vespere...
fac bono animo sis, Pulchelle! illis hominibus novis cras prima luce e lecto surgendum erit. saccis lapidinibus completis onerati longum iter facient, quo labore conficientur.
paulo potionis magicae in crastinum diem sumpto dormitum ibo. prima luce surgendum erit.
appone alterum aprum!
iam apponitur!
recte dixit! ridere desinent, cum eos prima luce e somno excitabo.
at post paucissimas horas...
agite! agitedum! surgite!
?
surgite omnes!
omnes! omnes!
fi... fiat!
23B



festinant illi barbari. videbunt, quid fiat!
sibi quisque quam celerrime saccum capiat, per Mercurium!
quemnam vocat?
portatorem.
satis verborum! nullum iam verbum audire volo! proficiscimini!
ſe querimoniam habiturum de ſervitio dixit!
neque Beleno neque Apolline neque Horo novis legionariis faventibus solis ardor urit atque torret...
hoc ferendum non iam est.
revera non est!
ha! nunc tandem desinitis iocari, nunc animum dimittitis, nunc vis comica vos deficit, hmm!?
recipe animum tuum! nos omnia tibi componemus!
ne per omne iter haec durent!
?!
heus, vos alii! afferte nobis saccos vestros!
quid?
et nunc citato gradu pergamus, quoniam Africa nos exspectat!
quo celerius his nugis perfuncti erimus eo melius!



manete! manete! non spectat ad hunc finem nostra exercitatio!
sed sacci nobis portandi sunt, nonne?
?!?
agitedum, pergamus!
nonnullis post horis...
Pulchellus cum viris suis brevi redibit... cupiditate incensus sum videndi, quae sit constitutio...
?!?
quid hoc sibi vult?
et... et omnes saccos portaverunt!... et in vicem sodales suos portaverunt... et cucurrerunt... et...
eet... ego me ipsum portare non poossuuum!
bono sis animo! est enim exercitatio finita!
TAX! TAX!
legionarii primae legionis, tertiae cohortis, secundi manipuli, primae centuriae! hac ipsa hora in Africam proficiscimur, ubi Caesar nos exspectat. mihi persuasum est vos impatientia atque gaudio incensos esse, ut contra hostes proficiscamini et...
agitedum, amici, sarcinam constringamus!
?
quaenam centurio dixit?
per occaſionem tibi explicabo!
desine ridere, trunce! tu ipse et coquus nos sequemini!



centurione Milesglorioso imperante milites primae legionis, tertiae cohortis, secundi manipuli, primae centuriae oppidum Condatem relinquunt...
nos satis iam profectos esse credo! paulum requiescamus!
milites primae legionis, tertiae cohortis, secundi manipuli, primae centuriae,
state!
requiescite!
quo celerius Tragicomigem reperiemus, eo melius erit Falbalae!
Falbalam cura confici nolo!
credisne nos Tragicomigem facile reperturos?
sperandum est, Obelix!
heus! vos ambo! nunc requiescendum esse dixi!
tempus non est. age, pergamus!
adhuc meum imperium est! tenetisne? requiescite! requiescite tandem!
requiescite modo, nos autem pergimus!
iocus tuus non obsoletus est.
audi hunc: Otto tenet mappam... madidam mappam tenet Otto!
ridicule! revera ridicule!
ut nesciam, num haec Gothice vel Aegyptice dicere poſſim, tamen coner!
!!!
plane delirant! profecto impatientia atque gaudio incensi contra hostes proficiscuntur!
TAX!



et agmen primae legionis, tertiae cohortis, secundi manipuli, primae centuriae iter facere pergit, etiamsi ordine paulum mutato...
state! hic manebimus hac nocte.
be... bene... sit ita! castra vallo fossaque munite. ponite tentoria vestra circa praetorium vestri centurionis. disponite vig...
operam perdis! vide, quae faciant!
!!!
epulae vespertinae: primum apri hasta tosti, deinde torta flore lactis condita.
bene! placet!
apros mihi quaeso hastula torreas!
dum tirones ventri dediti sunt, illi ambo praepositi Romani ut simplice ita praescripta cena in tentorio non minus praescripto contenti sunt.
ONC!
SCRIC!
SLIP!
JAM!
et post brevem quietem nocturnam...
HIAA!
?
Milesgloriose! evanuerunt!


evanueruntne? qua ratione evanuerunt?
hac ratione evanuerunt: armis atque impedimentis onerati!
ad quid ad tentorium?
relinque tentorium Plutoni! consequamur eos!
ecce eos!
manete! heus! exspectate nos!
at???... at civili veste induti estis!
aptior est ad iter faciendum!
...et venustior!
iucunde atque celeriter iter pergunt suavibus intervallis intermissis...
hodie, pueri, gulae irritamenta apponuntur!
28
perventum est tandem Massiliam, ad maximum portum, unde naves in Africam exeunt...
heus, miles! ubi sunt castra legionis?
MASSILIA
at quinam vos estis?
centurio Milesgloriosus atque milites primae legionis, tertiae cohortis, secundi manipuli, primae centuriae!
?!
28 B


castra in portu novo reperietis. sed vobis, ut prius vos in formam referatis, suadeo. si Massiliae talem speciem praebebitis, certe reprehendemini!
paulo post in officina tribuni, qui castris Massiliensibus imperat...
ah! ecce vos, subsidia Condati ex oppido! navis actuaria parata est, quem conscendere potestis. C.I. Caesar prope Thapsum castris positis exspectat, dum aggredi possit.
ecce navis nostra!
ordinem atque disciplinam servate! silentium quaeso tenete!
Milesgloriosus centurio primae legionis, tertiae cohortis, secundi manipuli, primae centuriae.
29A
quidnam ille dixit?
supercilia ei abradenda sunt!
HAHAHAHA!
eh... bene... remigibus egemus... labor remigandi eos conficiet.
oh... nihil eos conficiet, magister navis, omnino nihil eos conficiet...
navem solvite!
qu...quid?? navem solvite??
navis soluta est!
dixit...
iam scio: non cuicumque datum est habere nasum.
29B



toga candida indutus pulchrorum recordaris dierum solis...
nos cursu navali certare propono!
NUNQUAM DK SOLIS!
remum teneatis, amici?... hoc est lepidum proverbium! ...remum teneatis, amici?
?
!!?
etiam dicta dicitis!? et ego quaedam dicam: heus tu! fac pulsus acceleres!
quae ille Gallus pusillus mihi iam dixit. viribus meis non parco.
BONG! BONG! BONG!
non longe ab hoc loco...
navis actua'ia a dext'a!
quot naves?
una modo! non ita g'andis!
estne vera Romana? non Gallica?
'omana videtu'. omnes 'omanis vestibus utuntu'!
reverane?
'eve'a! 'a'o fallo'. mihi ac'es oculi atque ve'sutia lyncis sunt!
quae cum ita sint: pueri, harpagones immittite! niarrgrr!
quidam in navi Romana inquieti sunt...
navis piratica a sinistra!
attat... fortis firmaque videtur. nos pugnam vitare praestat.
omnibus viribus ad sinistram!
omnibus viribus ad sinistram!
quisnam hic imperat?
manus de tabula!



navis 'omana 'ecta via nos agg'editu'!
rectane via? ergo illi in hac navi sunt. ne ex me quaesiveritis, qui et cur, sed illi sunt. ergo nobis fugiendum est! **fugiendum!**
fug...
sero!
quomodo valetis?
et...
...iendum!
interea navis actuaria Romana iter pergit...
plane delirant! omnes delirant!
scio, magister, scio!
post navigationem plurium dierum...
adsumus! hoc est litus Africanum. loquar cum vestris!
audite, quaeso! me ipsum navem appellendam curare sinite. hocne mihi permittitis?
hunc autem Aegyptium unum verbum adicientem ex navi proiciam!!!
subsidium denique terram Africanam ingressum est.
vale in crastinum!
hi ne iterum! ne iterum!
statim ad legiones Caesaris proficiscamur, quae prope Thapsum tendunt.


quo vadis?
subsidia sumus primae legionis, tertiae cohortis, secundi manipuli, secundae centuriae.
centurio decadis, ubi tabernacula vestra sint, vobis monstrabit.
Tragicomix brevissime nobis reperiendus est, ut quam celerrime in Galliam reverti possimus.
qui tacet, consentire videtur.*
hunc pulcherrimum vicum feriis agendis eſſe dixit.
*hoc proverbium eo loco primum allatum est.
ecce prima legio, tertia cohors, secundus manipulus, prima centuria.
heu!? at ubi est illa prima legio, tertia cohors, secundus manipulus, prima centuria?
?!?
illi duo Galli sodalem quaesitum discesserunt, Graecus autem repperit, qui talis luderent, Belga, Britannus Gothicusque abierunt, ut cervisiam afferrent, coquus, ut pastam ovis subactam pararet Pulchellusque se aegrotare dixit. mene recipere possum?
age, age! reperies, quam amas!



in praetorio C.I. Caesaris...
Scipio, hostis noster, nos a septentrione exspectat, Iuba I., rex Numidarum, Afraniusque proditor a meridie iacent. res in summo...
?
quisnam tu es? qua audacia commotus praetorium Caesaris intrare ausus es?
heus, Campusteniludiis! tune hic es?
quidnam iste dixit?
scire vult, num tus sis moderator huius vici... praelusor... animator...
abi!
repeto: res in summo discrimine est! utrum a septentrione aggrediamur an...?
nullo modo haec caupona est. hic cervisiam apponi non credo!
date veniam, quaeso! sed nos hoc amplissimum tentorium videntes suspicati sumus...
abite in malam rem!!!
hac pugna mihi Pompeiani devincendi sunt et...
estne hic Tragicomix?
quinam isti sunt?
primae legionis, tertiae cohortis, secundi manipuli, primae centuriae ave!



ehem, iam adestis! satis verborum, res nunc dicta sequentur! disciplina utendum est! carcer exstat! ego equidem intellego, quomodo...
quis est dux primae legionis, tertiae cohortis, secundi manipuli, primae centuriae?
ego sum!
bene! iussu Caesaris, quem loquentem nemo impune interpellat, tu nobis in carcerem includendus es!
ubique locorum Tragicomigem quaerebamus, sed non repperimus.
nullo alio loco nisi in Africa esse potest.
ave, homines novi!... vultisne paulum belli gerere?... scutella vini accepta vobis nonnulla consilia afferam!
ego equidem miles veteranus sum. omnes mihi noti sunt! ad unum omnes!
BONG! BONG! BONG!
etiamne tibi legionarius notus est, qui Tragicomix vocatur?
Tragicomixne? litterane ,,T'' scriptus ut illud ,,timeo Danaos et dona ferentes''?
estne iuvenis? estne pulcherrima forma?
ita! pulcherrima forma!
age, age! non ita pulchra, non ita pulchra!
ille miserrimus, qui vix navi egressus inter proelium parvulum contra copias Scipionis commissum evanuit!
34



num dicere vis Tragicomigem...?
fortasse vivit...! nonnumquam complures vivos capiunt interrogandi causa.
forsitan aliquid cognoscatis, cum $H_2O$ revertetur.
$H_2O$.
hoc est nomen peritissimi exploratoris nostri. hoc tempore, quae apud Scipionem fiant, exploraturus est. hac nocte revertetur. quem vobis adducam. est enim mihi sodalis intimus.
mirum nomen est $H_2O$!
hoc nomine specie et simulatione vocatur. verum eius nomen est Aquariolus... quid ergo nunc ad scutellam vini?
fac eas in tentorium coqui...
dic ei te a nobis missum esse.
gratias ago, pueri! usque ad noctem!
hac nocte ante portam castrorum...
cedo tesseram!
$H_2O$!
dignus est intrare.
intra!
Caesar te exspectat, $H_2O$!
Scipio bellum contra te parat, o Caesar. validissimus est!
attat! mihi primo incurrendum est, sed cunctor, cunctor...
heus $H_2O$! quidam homines novi habent, quid ex te quaerant. in tentorio eorum apotheca inest! incredibile dictu est!
subsequar te, Trimalchio!


ita est! captivos vidi in castris Scipionis, in quibus et Tragicomigem Gallum, iuvenem pulcherrima forma.
phh!
ubinam sunt castra Scipionis?
ad septentriones versus. deerrare non potestis: cum trucidati eritis, adveneritis.
fac vires reficias. restat scriblita sufflata fructibus maritimis parata.
fructibusne maritimis?
iam tibi dixi: **incredibile dictu** est!
nunc tandem sine mora nobis Tragicomix liberandus est!
ille, qui se formosum putat?
abstine rivalitate, Obelix! memento, quid Falbalae promiseris!!
iam abstineo! sed in potestatem Romanorum venire stultitiae est!
36A
ei potio magica non fuit!
sssit ita!
tamen se formosum putat.
GLUT! GLUT! GLUT!
relinquamus nunc haec castra!
noctu cuiquam castra relinquere licere nescivi!
gradum siste! cedo tesseram!
tesseramne? tantum valet, si quis castra intrare vult, nos autem relinquere volumus!
ma... manete! centurio interrogandus est!
fac interroges! sumus denique legionarii, qui disciplinam servemus.
deliramus nos Romani!
POC! POC! POC!
CRACC!
et nunc nullum iam tempus terendum est!
36B


vultum custodis videre velim, cum te portam delevisse sentiet!
ubinam legionarii sunt, qui regionem desertam petunt, cum castra relinquere iis non liceat?
dis... disceserunt! porta deleta est!
omnes ad arma vocandi sunt. certe illi exploratores Scipionis sunt. Caesarem certiorem faciam!
paulo post...
comprehendendi sunt, priusquam cum hostibus conveniant.
DONG!
VAP!
sed amici nostri celerrime cum hostibus conveniunt, e.g. cum manu exercitus Scipionis...
ecce duo Romani!
hoc nil est! et nos Romani sumus!
tantam aegritudinem afficit caedes fraterna!
noli vox esse eius, qui praedicet in regione deserta!
state, vos ambo! cette tesseram!
tibine tessera nota est?
immo nota est: cogito, ergo sum.
tibi ergo praeterire licet!
gratias! sequimini, vos al...
mane paulisper! novos mores inducis!
ad arma! ad arma!
tu ceteros tracta, Obelix!
ad arma! ad arma!
TAX!
haud procul ab eo loco manus Romanorum iussu Caesaris Gallos nostros insequitur.
ad arma! ad arma!
audite! Scipio aggreditur.
revertamur, ut Caesarem moneamus!
ita! revertamur!
revertamur celerrime!


ad arma! ad arma!
sst, quaeso, tacedum! castra Scipionis haud procul inde sunt. hoc tumultu certe iam excitati sunt.
nil interest. aggrediamur!
haec est vera bellandi ratio!
hoc ipso tempore in castris Caesaris...
reverane aggreditur Scipio? bene! hoc modo nil aliud restat. fortasse melius est... aggrediamur!
alea iacta est, ut dicere soleo!
et ante castra Scipionis...
cette tesseram!
aperi!
BONG! BONG! BONG!
tune scis tesseram?
ut scis, linguis minus praeditus sum. ceterum tu cogitas, ego sum.
nil interest!
nolite!
nonne iuvat hoc modo portam aperire?
intrare non licet! nullo modo! intrare non licet!
immo vero licet!
abstine!
VAP!
cogito, ergo sum! nunc tandem memini!
ad arma! castra temptantur! ad arma!
tu semper copiam cupis Romanorum. hic est, quod cupis!
Romani similes sunt ostreis: nimis multi detrimento sunt!



estne hoc corpus gravissimum legionis Caesaris?
non sum, mi domine!
VAMM!
TAX!
desine disputare, Obelix! reperire praestat, ubi captivi inclusi teneantur.
TUX!
hoc modo nil cognoscimus: antequam afflicti sunt, loqui nolunt, afflicti non possunt!
ad arma! illi tantum exploratores erant, nunc totus exercitus aggreditur!
hoc ergo non fuit corpus gravissimum?...
non fuit, mi domine, non fuit!
exercitus C. I. Caesaris nos aggreditur, o Scipio!
bene! obviam imus! intereat ille tyrannus! ex castris erumpimus!
porro!
erumpimus!
egredimur!
et quid ad nos?
da veniam. et mihi erumpendumst!
dic mihi unum hoc: ubi captivi sunt?
in illo saepto. nunc emitte me, quia exspector!
estne hic Tragicomix?
ego sum!
adsumus, ut te liberemus. Falbala nos misit!
tanto gaudio affectus sum, cari amici! maximas gratias!
gratia non opus est.


licetne nobis exire?
licet!
licetne mihi pauca ex te quaerere, Asterix?
quidnam?
reverane eum tam formosum putas?
quid accidit? castra vasta atque deserta sunt!
Romani se invicem verberant. quod non attinet ad nos!
„trunce"? cur „trunce"?
nobis iam honori fuit legionem Romanam decurrentem producere, nunc autem gaudio affecti sumus, quod legionem Romanam contra legionem Romanam decurrentem producere possumus...
in phalangem!
agmine quadrato!
in quincuncem!
facite orbem!
testudinem constituite!
at... at tu mihi notus non es!
quid? nonne haec Caesaris testudo est?
non est!
immo vero est!
quaerit, qua de re agatur!
dic ei omnes ad aliquem mercatum proficisci!
instate, viri mei!
viri tui non sumus!
heus! hi mei viri sunt!
Scipio denique taedio affectus receptui cani iubet.
malum! abitur! canite receptui!
solius Caesaris iussa exsequor!
tacedum! mihi quidem hoc imperium dictum est!
40


rebus nostris ex Caesaris castris elatis in Galliam revertamur!
vobis adiuvantibus omnia facilia videntur.
calliditatis nostrae causa!
paulo post...
quid agit Falbala, deliciae meae?
optime valet Falbala!
ecce! exercitus Caesaris revertitur!
quid nunc faciendumst?
quid nunc faciamus?
instamus! per Teutatem!
Obelix!
vo... vocaris!
TSRAACC!
quid est?
parce viribus tuis! C. I. Caesar nos adit!
vos mihi iam notos esse credo, Galli. quae sunt vobis nomina?
Obelix atque Asterix!
primae legionis, tertiae cohortis et cetera, quae oblitus sum.
sponte et ultro exercitui tuo conscripti sumus, ut Tragicomigem domum arcessamus. iussu Falbalae!


vosne postquam e castris meis erupistis, hoc proelium commisistis?
quod proelium?
Galli! vos hostes meos esse certe scio. sed hodie mihi potestatem vincendi fecistis. Caesar ingratus non est. dicite mihi, si quid velitis, et faciam!
domum reverti volumus, Iuli!
sit ita!
Falbalam videbo! Falbalam videbo!
?
deinde hora valedicendi adest...
gloria vestra in I legionem III cohortem, II manipulum, I centuriam resplendet!
des veniam, oro, Miles-gloriose!
in aeternum vestri reminiscemur!
re-vera!
PER IOVEM!
hanc pulcherrimam amicitiam ſibi memoriam temporis caſtrenſis afferre dixit.
delirant iſti Aegyptii!
Falbalam videbo! Falbalam videbo!
42A
proficiscamur! navis a Caesare nobis praebita nos exspectat!
Falbalam videbo! Falbalam videbo!
barbarbar! barbarbar!
paulo post...
perii! illi mente capti!
navem solvite!
navis soluta est!
?
?
?
42B



et dum navis Romana amicos nostros ad litus patrium vehit, in alto hostis insidiatur...
hanc navem deo gratia a Phoenicibus emimus, qui nos rate agitatos invenerunt. sed maximum pretium solvendum nobis erat. celerrime impensae recuperandae sunt.
navis a dext'a!
optime! impensas recuperabimus!
porro, pueri, porro!
po''o!
post tranquillum navis cursum sine ulla intermissione denique in vicum Gallicum perventum est...
Falbala!
Idefix!
gratias maximas! quomodo vobis gratiam referre possum?
oh, dignum non est, quod commemoretur!
quid? per iocum dicitis! te eos videre oportuit, Falbala! fuerunt magnifici! mirabiles! et Obelix unus atque solus exercitum Caesaris aggressus est!
at... at minimus exercitus et nullius momenti erat.


maximi ponderis est! naturae miraculum!...
gratias, Obelix!
quem nihil retinet! stat enim invictus, est...
RUMP!
?
?
?
?
bene! nunc nobis eundum est!
quid? nonne convivio intereritis?
non intererimus. Condatem petemus, ut matrimonio iungamur!
vale et gratias maximas tibi, Asterix!
et cum Obelix Idefigem, hilaritatem, apros valde aestimatos cibique aviditatem recuperaverit, omnes amici nostri convivium opulentum celebrant... potius dicendum est: paene omnes...
?!
!?
bau!
UDERZO & GOSCINNY
FINIS FABULAE